

**Cicero ad Atticum, XIV 6**

Scr. Fundis prid. Id. Apr. a. 710 (44).

CICERO ATTICO S. D.

Pridie Idus Fundis accepi tuas litteras cenans. [Scribis] primum igitur melius esse, deinde meliora te nuntiare. Odiosa illa enim fuerant, legiones venire. Nam de Octavio susque deque. Exspecto, quid de Mario [narratur]; quem quidem ego sublatum rebar a Caesare. Antonio [fuit] conloquium cum heroibus nostris pro re nata non incommodum. Sed tamen adhuc me nihil delectat praeter Idus Martias. Nam quoniam Fundis sum cum Ligure nostro, discrucior Sextili fundum a verberone Curtilio possideri.

[2] Quod cum dico, de toto genere dico. Quid enim miserius [est] quam ea nos tueri, propter quae illum oderamus? Etiamne consules et tribunos pl. in biennium, quos ille voluit? Nullo modo reperio, quem ad modum possim πολιτευεσθαι. Nihil enim tam σολοικον, quam tyrannoctonos in caelo esse, tyranni facta defendi. Sed vides consules, vides reliquos magistratus, si isti magistratus [sunt], vides languorem bonorum. Exsultant laetitia in municipiis. Dici enim non potest, quanto opere gaudeant, ut ad me concurrant, ut audire cupiant mea verba de re p. nec ulla interea decreta. Sic enim πεπολιτευμεθα, ut victos metueremus.

Haec ad te scripsi apposita secunda mensa; plura et πολιτικωτερα postea, et tu [scribas], quid agas quidque agatur.

Fundis – in Fondi (Stadt im südlichen Latium) • **melius esse** – es ist besser (womöglich Atticus' Befinden) • **odiosus** – unangenehm • **susque deque** – (es ist mir) gleichgültig • **reor** – glauben • **tollere** – „wegschaffen“ • **heroes** sind wieder die Caesarmörder • **pro res nata** – unter den gegebenen Umständen • **incommodum** – unnützlich • **Ligur** war ein Besucher bei Cicero, der nicht weiter eine Rolle spielt. • **discrucior** – sich sehr sorgen • **fundus** – (Land-)Gut • **verbero** – Schurke • **possidere** – hier: einnehmen • **cum** – wenn • **quid miserius quam ea nos tueri, propter quae illum oderamus**: Lies: **quid miserius est quam id, quod nos tuemur haec, propter quae illum oderamus**. • **tueri** – schützen • **pl. = plebis** • **illum** ist auch im Folgenden immer Caesar. • **in biennium** spielt darauf an, dass die Konsuln der Jahre 43 und 42 schon von Caesar festgelegt waren und nach dem 17. März ja auch so ihren Dienst antreten sollten. • **πολιτευεσθαι** – sich politisch betätigen • **σολοικον** – unverständlich, ungesittet • **tyrannoctonus** – Tyrannenmörder • **languor** – Schläffheit • **laetitia exsultare** – vor Freude jubeln • **quanto opere** – wie sehr • **re p. = re publica** • **nec ulla interea decreta** – und dabei gibt es überhaupt keine Senatsbeschlüsse • **πεπολιτευμεθα** ist 1. Ps. Pl. Plsqpf. zu **πολιτευεσθαι** • **apposita secunda mensa** – beim Nachtsch • **πολιτικωτερα** – den Staat betreffendes